

²¹
B2281

196

HONOR DEBITUS,
Qvô
Beatissimos Manes
EGREGII ac NOBILIS VIRI
DOMINI
IACOBI
MATTHÆIDÆ,
Oppidi Privilegiarii
Also Cubiniensis
Bonii Civis & Syndici meritissimi,
FILIUS EJUSDEM LUGENS
Condecorare voluit
& debuit
ANNO

HONOR DEBITS

649

S. AURELIUS AUGUSTINUS HIPPON. EPISCOPUS
de Civitate DEI ad Marcellinum Lib. I. Cap. XXII.
de Sepultura humanorum corporum,

QVæ Christianis etiamſi fuerit negata, nil admitt. Praclaras exequias in conspectu hominum exhibuit purpurato illi diviti turba famulorum, sed multo clariores in conspectu Domini hulcerofo illi pauperi ministerium prabuit Angelorum, qvi eum non extulerunt in marmoreum tumulum, sed in Abrahæ gremium sustulerunt. Rident hec illi (verba qvæ seqvuntur sunt IOH. LUDOV. VIVES Hispaniensis, & LEONH. COQUEL. Aurelianensis Commentariorum in eundem S. AUG. Lib. de Civit. DEI pag. m. 47.) quod non intelligunt, parum ref erre ad animæ beatitudinem post hanc vitam, pomposam, ac sumptuosam corporis sepulturam, nec intelligunt, quanta bona post mortem eos maneat in futura vita, qvi pè Christiane vixerunt, etiamſi alias in honore, & compiti habiti fuerint, sive in vita, sive in morte ipsa.

AEO Cupineuſi
Bonū Ciani & Gaudaci meritisimi
FILII ELISDEM IUGENS

Congregatio Lovani

g. 48. 1871

ANNO



MORTALES, qui æternandi Nominis studio omnem operam, omnes vires & vix non animam insutitis, ad hocce ære durabilius Monumentum, animo vestro, qvæso, commoremini. EGREGIUS ac NOBILIS VIR Dn. IACOBUS MATTHÆIDES, Alsó Cubinienensis Syndicus & Qvæstor hic locorum, postqvam vivere, & humana agere desit, mortalitatis persolvit debitum. Natus erat Patre Nobili Reverendo Dn. ANDREA MATTHÆIDE de Revisna, (a) Matre autem spectatae virtutis Fœmina, Domina ESTERA ELIAE (b) Venerab. Contubernii Arvensis Senioris filia, Anno MDCLIV.

A 2

In

(a) IOH. MATTHÆIDEM & IOH. MATTHÆIDEM Exules Moravia fuisse, certum est. De illo in Historia: De testisq[ue] Protempore sibi Cottine Cottæ (cuius rebus referuntur Scriptoribus der Reu[n]n. Bibliotheke in dem LXXX. Edit. pag. 839. Author en Ioh. LASITSKI natione Polonus, Epitomator autem Ioh. AMOS CONSENSUS Lelias An. 1655. et 1700.) haec leguntur Cap. IV. pag. 158. Wpprenzeni b[ea]t[er] ob nietollis ferri M[ari]ann, ferromi in Poli Kazani eme Van Matthæides & mentat[ur] in Slovo Kryzofino: Wahaneti nos du u[er]e E[st]et[er] k[on]c. Item Cap. CV. pag. 325. Doflat[er] in robo Pozezjennu Misi[er] Panomu Matthæidew[er] u[er] S. Barbory w[er] heve Kurne Regatatory: tunc leta 1625. (tunc se tunc exilium h[ab]et na[re]rat[ur]) in dome suum i[st] vot donavit. Domu p[ro]fessi[er]i u[er]eben Arch-D[omi]ni Appian[us] p[ro]boscisari ho[mo] de tunc japo[n]edet, antis se gatemi prossimam anebo petetimi u[er]chili u[er]chili da.

De hac autem dn[u] eius Fili PAULUS MATTHÆIDES & SAMUEL MATTHÆIDES testimonium perhibent ambo fratres germi manu propria scribentes: Se Patre IOH. MATTHÆIDES Lipatalino Moravo Ecclesiæ Hamburgensis in Inlyto Cottu Sarosensi Pastore, Matre autem MARGARETHA RICHLITZKI natos & probe educatos fuisse. In Indice Ordinatorum ad Sacrum Ministerium per Ra, ac Excell. Dn.

MART. WAGNERUM p. 156. & 155.
Moratur quoque ortum debet M. IOH. MATTHÆIDES Scholæ Epenensis An. 1634. Rector, de quo in Gymnasiologia Evangelico-Hungarica, sive in Historia Scholarum & earundem Rectorum Sect. II. Cap. VII. § XVIII. Non confundendus vero hic cum M. IOH. MATTHÆIDE Autore Aetologie Generali Prague An. 1612. impressa: Sed alio ex genere Virozum, videlicet verorum Nobilium Hungariae sic AN- DREAS MATTHÆIDES de Revisna, ortus, ut mos infra patet.

(b) MELCHIOR ELIAS Eccl. Dia[con] Helene in Inlyto Cottu Turovieni An. 1589. Pastor, ut Litteræ Lochmanni Tom. I. p. 56 docent.

SAMUEL ELIAS Rosebergensis An. 1622 in inferiori Seb[us] prope Eperieenum Rector, & post Verbi Divini Minister extitit. In Ind. Ord. per Sammeli Ra, Excell. que Dn. Petrum Zablerum pag. 52.

In prima ætate, ut olim ANTONIO RICCBONI, ROBERTO STEPHANI, MARCO ANTONIO DE DOMINIS, IACOBO PALMERO, ERASMO SCHMIDIO aliisq; contigit Orphanum esse, Tutoribus Reverendis DN. ANDREÆ RAPHANIDÆ, tunc Ecclesiæ Dubowicensis Pastori & Seniori, SAMUELIS SARTORIDÆ, Pastori Turdosiensis, & ISRAELI MATTHÆIDÆ de Revisna Fratrueli, traditus, ob triste præfatorum Virorum tunc exilium, eorundemque proprietatum ac conservationi in futuram pupilli promotionem, creditorum bonorum mobilium direptionem, ultra principia Lingvæ Latinae, Musices, & Arithmetices in Scholis asleqvi non poterat. Qyod Institutiones IUSTINIANÆ (c) de Milite, Grammaticis, Rhetoribus, Medicis, & Patriæ Leges (d) de Administratoribus Proventuum, Provvisoribus & Cancellariis tradunt, videlicet ad onus tutelæ non admittendas, aut solum ab hoc onere excusandas esse, idem de Dispensatoribus Mysteriorum DEI videtur asserendum.

Adolescentulus omni ope & consilio destitutus, loco Artium liberalium, qvibus excolendis eidem nec voluntas nec ingenium defuisse, jussus est Sartorem (qvæ fata sua saepius cum lacruminis exposuit,) per Modestam Dn. HELENAM, Rn, Dn. Ioh. PETROSELINI (e) conjugem æque adversæ fortunæ expositam Amitam suam MATTHÆUM WEIZER, seqvi superatis molestæ servitutis mechanicæ annis, & rationis majore usu acrecente, Cive & Qvæstore experto STEPHANO INTIBI præunte, negotiationi honestæ animum adjecit, masslamque venditionis pretio sex florenorum ex Silesia humeris impositam Patriæ intulit.

Ita

(c) Vide IOHANNIS POMERESCHI Tyrocinium Juris super IV. Instit. Iustinian. Lib. Tit. XXV, §. XIV. & XV. pag. 176.

(d) Vid. Cynofram Noviss. Constitut. Incoliti Regni Hung. Tit. TUTOR. pag. 453.

(e) Exilium incusserat huic Viro tantum terrorem, ut Religione nutaret, sed iterum vires recollegit, publiceq; in Templo Allo Cobiniensi, Antistite tunc Ecclesiæ existente Viro pietate gravi Rn. Dn. MATTHIA PETROVICIO confessus est. Vitam clausit qya Pastor Evangelicus Cassoviensis Nationis Slavorum,

Ita qvandoqve solent initia portendere meliora, dum
à parvis inchoant, qvæ in seqventibus magna se admiratione
sublimant, inquit THEODERICUS. (f) Et cum virtuti sibi du-
cebatur honores mereri, non habere, Alsó Cubiniensis Oppidi
per officium Syndici mancipium esse voluit, ut solum possit
esse utilis, Deiparæ Virginis Beatæ Mariæ dictum habens pro
Symbolo : *Humilibus dat Gratiam*.

Anno MDCLXXX, duxit in vitæ Sociam piam qvondam
Virginem ANNAM MIDEKAI, (g) Ioh. MIDEKAI
Patris & per complures annos Tribuni Plebis Oppidi Alsó
Cubin. Matrisqve honestæ SOPHIAE AMBROS filiam, in qvo sta-
tu conjugato concorditer, & amore mutuo inter se congru-
entes genuerunt qvinqve filios, SAMUELEM, IOANNEM, AN-
DREAM, STEPHANUM, pietate, modestiâ, Linguis Patriæ, & bo-
nis Literis ab infantia, intra parietes domesticos, & in Scholis
diversis, magna solicitudine innutritos, (qvorum diversum
genium dum iidem chari Parentes experti essent, M. AURELII
CASSIODORI Ravennatenis Coenobii Abbatis verbis (h) suspi-
ritus ducebant: *Ferarum catuli seqvuntur parentes: à cespito suo vir-*
gulta non discrepant: propago vitis servit origini, & discrepat homo à suo
fusus initio, & unum ad πολιτευμα nostrum præmissum. Item fi-
lias qvinqve SUSANNAM, Generoso Dn. Ioh. IESZENOWSKY
in filiis bonæ spei IOHANNE & SAMUELE post placatam ἀνάλω-
σιν, & beatam ἀνάλωσιν vivam, DOROTHEAM autem Generoso
Dn. THOMA PARNICZKY, honestè elocarunt; cæteræ prima
æstate introiverunt ad nuptias Sponsi Christi IESU.

Anno MDCCXIII, d. 26. Junii Domina ANNA MIDEKAI
Parente charâ, Oeconomâ rarâ, & virtutibus Fœmineum

B sexum

(f) Vid. M. AURELII CASSIODORI Lib. II. variarum Epistol. 3.
(g) GEORGIVS MIDEKAI Arvensis de Alsó Dubin, Parre PETRO MIDEKAI, Matre vero CATHARINA An. 1580.
in Połeszczone Nobilium Jelzenova natus, in Herckencht, Ozikow & Boroszcz in Inlyto Corru Saro-
scieni Verbi Divini Ministrî officio defunctus est, postquam Richwaldni prope Bartiam minus Reformat per
XIX. annos gefilset. In Indice Ord. ad Sacrum Ministerium per Rev. atque Excell. Dn. Superintenden-
tem Petrum Zâblerum. pag. 44.

(h) Lib. II. Epist. 14.

sexum decentibus clarā, obdormiente, honesteque in crypta
Templi Alsó Cubiniensis sepultā, nuptias secundas cum pia &
pudica Domina MARIA, Rev. Dn. IOH. MATTHÆSI, qvondam
Eccl. Art. Nagy Palugyensis Pastoris Filia, Nob. MICHAELIS
IANACS relicta Vidua celebravit, & Filias ANNAM, ESTERAM,
EVAMque Patris obitum amarè deflentes orphanos reliquit,
habens spem Dominum DEUM Pupillorum Patrem & Defen-
sorem Viduæ futurum. (i) Qvalem fiduciam & D. LUTHERUS
olim conceperat scribens ad BRENTIUM: *Der mich erschaffen
hat, der wird seyn meines Sohnes Vater, und meiner Tochter
Mutter, meines Weibes Mann, und viel besser, denn ich:
was? Er wirds besser ausrichten nach meinem Tode, denn
bey meinem Leben.* (k)

od Pauci eidem dies in delineata duplice Societate Nuptiali
& Patria absqve vicissitudine exorti sunt, qvam tamen vitæ
humanæ communem sortem constanti pietate erga DEUM
& virtutum Christiano homine dignarum adminiculis supe-
rare studuit. *In societate herili*, familiam mireris! desidem, im-
peritam, impatientem, tristem, querulam, nugacem, maledi-
cam, invidam, gulæ & fors libidini deditam, incautam, sordi-
dam, avaram, prodigam, mollem, crudelem, pertinacem, in-
comptam, rudem, turpem, morbosam, perfidam, furacem, pa-
rum piam, ac religiosam, mendacem ebriosamque, cum mode-
ratione gubernavit. Non ut ex cujusvis animi peccato ceu-
HIERON. CARDANUS (l) seqventibus docet: *Si gulofus, curabit, ut
oppiret & elegatius canes: si iracundus, erit tibi pro utili satellite: si
fœdus ac sordidus aut senex, huic uxorem aut filias nubiles tutius
committes: si avarus, tua quoque servabit: si prodigus, in paradiis con-
cipiis accommodatus: si pertinax, ad exigendam pecuniam aptior, & per-
ficienda opera: si rudis, non renunciabit quæ feceris: si rusticus & in-
comptus, vilioribus officiis cum adjicies: si nugax, maledicus, invidus, do-
mestica facta condices, nec furtas, nec ganas per hos latebunt libidini dedi-
zus, etiam per te lenoniam pulchre exercere noverit;* Utilitatem decer-
nere

(i) Psal. LXVIII. v. 6.

(k) Tom. V. Ienenti pag. 41.

(l) De Utilitate ex adversis capienda, Lib. IV. Cap. II. pag. 788.

nere voluisset, sed quod salutis omnium solitus esset. Hinc diebus festis & profectis preces cum tota domo sua instituebat, cantica horis matutinis, meridianis & vespertinis praecinit, Conaciones ad captum praelegit, sive officium heri juxta exemplum Abrahami, ^(m) Iosuæ, ⁽ⁿ⁾ Cornelii, ^(o) & præscriptam regulam Apostoli ^(p) adimplevit. Huc intendebat D. IOH. CHRYSOSTOMUS Archi-Episcopus Constantinopolitanus ^(q) dicens: *Cum à lectulo Paterfamilias se receperit, nihil aliud querat, quam ut ea faciat atque dicat, quibus incrementa Religionis domus universæ adjiciat.* Idem alibi: ^(r) *Non sum ego Monachus, uxorem habeo & filios, & curam domus. Sed hoc est, quod omnia, quasi una peste corruptum: quoniam lectionem divinarum Scripturarum utique ad flos pietatis Monachos pertinere, cum multò magis nobis, quam illis necessaria sit. Qui enim versantur in medio, & vulnus quotidie accipiunt, ipsi Dei potius indigent medicamine. Nemo qui ad ejus adem substituit, vel opem imploravit, sine affectu humanitatis redit. Sæpius liberalitatem in Xenodochia, Templo, Scholas, Exules, etiam nemine efflagitante explicavit, ad testandam sanctam fidem vivam.*

In itineribus, eorundemque crebris periculis cum DEI promissionibus: Qvum transibis per aquas, tecum ego ero, & qvum per fluvios, non submergent te. ^(s) Loco iterducatur perpetuò habebat Sobrietatem & Temperantiam, qvas se-qvendo, rectum judicium tenebat, temeritatem fugiebat, pericula cuncta declinavit, fidem sibi committentibus servavit, in commissationes aliasque voluptates non consenxit, semperque aptus ad cultum divinum repertus est. Hinc factum, ut ad invidiam usque cuncta prospere Eidem cederent.

In morbis peccatorum poenis, & mortalitatis nunciis, ac qvibusvis animi perturbationibus, præsertim cum pie defunctæ Dominae Genitricis dolorem hæreditarium, quo perpetuo lucta-

^(m) Genes. XVIII. v. 19.

⁽ⁿ⁾ Iosuæ XXIV. v. 15.

^(o) Actor. X. v. 2.

^(p) Cololl. IV. v. 2.

^(q) Tom. II. in cap. Matthæi XXIV. Homil. LXXVIII.

^(r) Homil. II. in Matthæum eodem Tom. I. pag. m. 25.

^(s) Esaiae XLIII. v. 2.

luctabat, pensitarēt, asfidua sacrorum Bibliorum lectione & moderata diæta lenimen addere conatus est. In illo magis THOMAM de KEMPIS aliàs Hämmerlein sive Malleolum (†) pro Symbolo habentem (‡) in *Agnello & Libello*, qvam ALPHONSUM ac FERDINANDUM Hispaniæ & Siciliae Reges, qvorum alter (§) à Tito Livio; alter à Q. Curtio valetudinem amissam, qvam à Medicis non poterant, lectionis svavitate recuperarunt, imitatus est. In hoc autem naturæ ministram, qvam abstinentiam medicinarum, & matrem sanitatis nuncupat, securus est.

In casibus qvoque fortuitis armorum, incendi, latrocini, exundationum, & qvorumvis damnorum patientia, qvæ nos in prosperis, ceu rectè sribit D. COELIUS CYPRIANUS Episcopus Carthaginensis, & Martyr (**) humiles, in adversis facit fortes, dedit ei robur in tantum, ut propter hæc, & similia tristia mala nunqyam Acheronta moveret, sed mente immota inter motus steterit. TOBIAS MAGIRUS (†) recenset ex inventis Poëtarum: Plantam qvandam esse, qvæ, cum inciditur, germinet, qvæqve cum ferro certare dicatur, ac si Poëtarum more loqui licet, qvæ morte vivat, & incisione nascatur, & consummatione augeatur. Talis mihi videtur fuisse dilectus meus Dominus Genitor: Is enim in tristibus spiritu lætabatur, in adversis ornatior reddebat, nec dextris Iustitiae armis, nec finistris flecti vel dejici poterat; Idem semper aut probatior mansit, qvemadmodum aurum in fornace,

In *Societate Civilis* subiecta devotione erga Magistratum, fide erga Patriam, humanitate erga Cives, & mutuis officiis erga vicinos vivendo, cauſas, qvas aliqui tanquam odiosas fugiebant, apud Incliti Cottus Illustrissimum Dn. Supremum, &

(†) JOH. FRANC. BUDDÆUS in dem allgemeinen Historischen Lexico. Tit. Thomas.

(‡) Milander Delicarum Evang. Tom. II. pag. 69.

(§) PHILIPPUS CAMERARIUS Horarum Subtiliaturum Cap. LI.

(*) Serm. III. ac Bono patiente pag. 141.

(**) In Polymnemone pag. 2202.

& Perill. Dn. Vice-Comites, Bonorum Arvensium Splendidos
Dn. Præfectos, æque & Generosos Dn. Provisores egit, jura ac
immunitates Oppidi tutatus est, mutuum consensum fovebat,
publicum commodum omni tempore quærebat, imo & soli-
citando apud Summum Magistratum augebat; Officiales cu-
jusvis Dignitatis & Ordinis debitæ veneratus & hospitatus est;
tenens illud CLAUDII CLAUDIANI magni Spiritus Poëtæ: (z)

Tu Crux Patremque geras

quod referente LAURENTIO BAYERLINK (aa) ita nonnemo in
versus Iambicos transtulit:

Sic gerito Civem, Patrem ut interim geras:

Et omnibus fac consulas, sed non tibi

Te damna publica moveant, sed non tua.

In Caussis judiciariis Iustitiam venalem non habebat; ac-
culatos haud ignarus illius SENECAE: (bb)

Qui statuit aliquid parte inaudita altera

Aequum licet statuerit, haud aequalis est.

ante exauditionem causæ non damnabat; rigorem modera-
tus est; In ferenda denique sententia amici, & inimici perso-
nam exxit. Quo beneficio æquitatis omnes sibi devinxit,
nec unquam inimicum vel obtrectatorem expertus est.

Et cum Anno MDCCXXI. d. XXI. Mensis Julii ad impe-
rium Summi Magistratus Inclutæ Arvensis Nobilitatis docu-
mentorum examen institutum fuisset, in publicum prodire
opportunum tempus esse ratus, seqyentes in Nominis sui de-
cuss perenne, & non temnendum posteriorum suorum orna-
mentum extrahere studuit Testimoniales:

Nos Universitas Prælatorum, Baronum, Magnatum & Nobilium Cottus
Arvensis Memoria commendamus, tenore præsentium significantes, qui-
bus expedit universit. Qvod cum Nos Anno & die datarum præsentium,
hic sub Arce Arpa pro portractandis & concludendis certis quibusdam ar-
duis Servitium Regium ac simul commodum, permanitionemq; nostram tangen-
tibus & conceruentibus negotiis generaliter congregati & constituti fuissimus.
Eo tum Prudens ac Egregius Vir Iacobus Matthæides, nunc Oppidi Also Cabin
in hocce Comitatu habiti, Civis, & Inhabitor nostrum peniendo in conspectum
institut

C

(z) De Quarto Consulatu Honori Augusti Num. 242.
(aa) Magni Theatri Vita humana Tom. VI. Tit. Publicum. pag. 819.
(bb) In Tragedia nomine Medæ infingita.

instituit apud Nos debita cum instantia, super eo, quatenus eidem Literas de
Ortu suo Nobilitari Testimoniales sub authenticō Cottus hujus Sigillo extradari
facere vellemus, quibus tam ipse, quam sui, talem ortum ac progeniem suam,
validius attestari valentes, si qui bona ipsorum famae, ac Nobilitatis Genera-
tionis arrosores reperirentur, Testimonia quoque praesentium contra tales legi-
timē fere sueri ac defendere, quin et ubique pro probis et honestis de Proge-
nie Nobilitari oriundi hominibus ac personis reputari, ac cognosci virent.
Cum autem iusta petenti non sit denegandus accessus, et alioquin etiam Egre-
giorum Familia Rzewiczky de et in Revisne Comitatus hujus Possessione No-
bilium inter eos, qui Cottus hujus Iudicium Appellationum Iudicium, Iurassio-
rum recognitionalibus Literis die 13. Maii Anno praesenti in prefata Revisne
emanatis fide dignis, attestatum comprobatumque est, praeattulū Iacobum
Matthæides ex Progenitore suo Andrea condam Matthæides, hunc autem ex
verorū Nobilium Familia Mattegeez dicta, aq̄ne in attacta Revisne habi-
ta, descendere, ac per ipsos quoque premissis de sepe fata Revisne anti-
quioris Nobilitatis Privilegiis, ac Donationalibus Literis propios, orna-
tosque Nobiles, prescriptam Familiam Mattegeez, aq̄ne pro Nobili procul du-
bio haberet. Inde itaque attestamus et recognoscimus ante latum Iacobum
Matthæides, ac Suos, et modo de Progenie Nobilitari oriundi Homines ac
Personas, ac Prærogativarum Nobilitarium suo modo consortes existere. In
cuius rei maiorem fidem, et firmitatem perpetuam, praesentes Literas nostras
Testimoniales sub sigillo nostro usitato et auctentico saepe fato Iacobo Mat-
thæides, ac suis universis futuram corundem ad cautelam extradandas esse
duximus et concedendas communī fudente iustitia. Datum ex Generali
Congregatione nostra sub prescripta Arce Arva die 21. Mensis Julii An. 1721,
celebrata.

(L. S.)

Læta et extradita per me Emericum Okolszany
Juratim Sedis peractali Cottus Arvensis
Notarium mpp.

Idem una cum Filiis suis nominatim Samuele, Iohanne,
Andrea, & Stephano seqventi fide digno Documento muniri
atque in vera Nobilitate firmare studuit:

Nos Universitas Prælatorum, Baronum, Magnatum, et Nobilium Comi-
tatis Arvensis. Damus pro memoria tenore praesentium significantes,
quibus expedit universis, quod dum Nos anno, et die datarum praesentium
hic in possessione Alsó-Lebota pro pertractandis et concludendis certis quibus-
dam ardus Servitium Regium, ac simul commodum, permanitionemque Comi-
tatis istius tangentibus negotiis generaliter congregati, et constituti fuissimus.
Eotum Nobilis Iacobus Matthæides, alias Mategeez de possessione Cottus hujus
Revisne oriundus, debite apud Nos institutus, quatenus licet antehac etiam No-
bilitas ipsius apud huncce Comitatum recognita haberetur; cum tamen id
ipsum

ipsum occasione quoque premissæ Nobilitatum debitæ revisionis, ac investiga-
tionis firmatum esset, eidem ac suis Literas desuper Testimoniales sub authen-
tico Sigillo nostro extradari facere vellemus, quibus ipse talem ortum, ac pro-
geniem suam Nobilitarem validius attestari valens, si qui ne fors bona ipsius
fame ac Nobilitaris generationis arrosores reperirentur, Testimoniis quoque
presentium contra tales legitimè sole tueri ac defendere, quin & ubique pro
de progenie Nobilitari oriundo reputari, & haberi quiret.

Cum autem iusta petenti non sit denegaudus assensus, & alioquin omnino
ex praemissuata etiam repisone ac investigatione cognitum, firmatumque ha-
beretur, quod præscripta Familia Mategecc (ex qua prædictus Iacobus Mat-
thædes descendere perhibetur,) cum eam concernente nonnullarum Curia-
rium particularum in dicta Revisore possessione ab antiquo Nobilitaris esset, ac
similiter in Nobilitarium prerogativarum suarum usu semper persisteret: At-
testamur, & recognoscimus itaque antedictum Iacobum Matthædes de
praefata progenie Nobilitari oriundum esse, ac simul universorum Iurium No-
bilitarum suo modo consonum existere. Testimoniales sub sigillo nostro iusta-
to, & authentico, præscripto Iacobo Matthædes, Filiique ipsius Samueli, lo-
banni, Andrea & Stephano futuram eorum ad cautelam extradandas esse
duximus, & concedendas communis svadente justitia. Datum ex Generali
Congregatione Nostra in præposita Kis Lebota die 16. Maii Anno 1725.
celebrata.

(L. S.)

Letta & extradata per me Emericum Okolesany
Juratum Cottus Arcensis Notarium
mpp.

Tandem vitæ curriculo, ut Evangelici Nominis Christiani
num decebat, ad annum ætatis perducto, &
totâ Domô ac animâ præviè jam ad migrandum è terra ad
coelum dispositâ, vivus enim mori, ut mortuus viveret, seriò
studuit, bene confisus in cruentatis Crucifixi sui IESU CHRI-
STI vulneribus, animam suam in sinum Abrahæ se expectan-
tem placide dimisit, & revera die Menfis
Anno obdormivit. Iam fruitur Visione DEI, quam
omnes suspiramus! O Beata Anima, de Exilio ad Patriam,
de Labore ad Requiem, de Mœrore in Lætitiam æternam
evecta! Mi Pater, terque quaterque beatus es, & felix, non
tantum Vitæ Modestia, sed etiam Mortis Svavitate, ut perhi-
bent, qui interfuerunt novissimis Fatis Tuis. Ast o infelicem
Me Filium, cui præter acerbitudinem Parentis erepti, auget
Mœsti.

Moeſtitiam, qvod affidere Valetudinario, fovere Deficientem,
ſatiari vultu, exoſculari Moribundum non contigit. Miferior
eſt Vita mea, qvam Tua Mors. Meus hic Dolor, meum Vul-
nus hoc, qvod mihi tam longæ Absentiae Conditione amifus-
ſis. Interim qvamvis oblitus mei potuiffes videri, novi tamen,
qvod in noviſſima Luce desideraverint Me Oculi Tui. Iam
ubi Iuſtorum manibus, in manibus (cc) IEHOVÆ locus eſt,
æternum & felix age, magnam Tuam Animam viſione Coele-
ſtium infatiabiliter oblecta, & Cineribus Tuis hasce meas La-
crymas, me verò vivum Tuum Epitaphium Tibi habeto;
ſciasque, unicam hanc mihi curam fore, ut formam Mentis
Tuæ non aliena Materia aut Arte, ſed Tuis ipſius moribus ex-
primere poſſim. Vale atque iterum vale Genitor beate, ego
Te eo ordine, qvo DEUS & Natura voluerint, lubentissime
ſeqvar. At Vos Mortales, beatis hisce Cineribus mollem pre-
camini Terram, Genitoremque meum Vobis rudi Minerva
traditum poſt Fata ſuperſitem, Documentum Vobis habete,
vel maximè verò in eo, Sanctum IEHOVAM pauperem facere.
& ditare, dejicere atque exaltare, erigere è pulvere depreſſum, è ſterquiliniis
indignum, (dd) ut & poſt Fata Vestra plura de Vobis ſcribi
poſſint, & dici, qvam qvod vixeritis, neve animam
cum corpore mortuam exitiosus maneat

F I N I S. (a)

(cc) Sapient. III. v. 4.

(dd) Psal. CXIII. v. 7.

(ee) Ex Castro Doloris & Templo Honoris ASSIEGIANO, Wratislavie olim imprefo, in Heredum
Baumannianorum Typographia per Godofredum Grindlerum.



Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle
006 310 079

3



6017
6018

HONOR DEBITUS,

Qvō

Beatissimos Manes

EGREGII ac NOBILIS VIRI

DOMINI
IACOBI
MATTHÆIDAÆ,
 Oppidi Privilegiarii

Also Cubiniensis

Boni Civis & Syndici meritissimi,

FILIUS EJUSDEM LUGENS

Condecorare voluit

& debuit

ANNO

